

quia apud uos manet & in uobis est. Ergo mundus  
non habebat uitam aeternam. quia non acceperat  
spem; ubi autem spes. ibi uita aeterna. Ipse est  
enim spes uite operator aeternae. Unde miror.  
cur de solo & uero domino arriani moueant questio-  
nem. Sicut enim uita aeterna est cognoscere solu-  
& uerum dominum. Ita uita aeterna est cognoscere ihm  
xem. Ita uita aeterna est cognoscere spem secundum. Quem  
sic non uidet mundus. quem admodum patrem;  
**Q**ui autem de hoc mundo non est. habet uitam aeternam.  
& cum ipso manet spiritus in aeternum. qui est lumen  
uitae aeternae. Ergo si hoc confert cognitio solius  
ueri domini. quod confert filii spiritusque cognitio. filium  
& spem aueri domini honore secernit. cum amagnitu-  
dine beneficium non seceritas. Aut enim credas ne-  
cessere est. illius uere diuinitatis esse hoc maximum  
munus. & solam & ueram diuinitatem. sicut patris  
ita & filii. & spiritus confiteretur. Aut si dixeris. quia ui-  
tam aeternam potest conferre qui uerus dominus non  
sit. incidis ut patri magis derogare uidearis. cuius  
opus non potest solius uere diuinitatis esse precipuum.